

## PRÆFATIO.

Princeps, tantus est, & tanti ab animo meo  
aestimatur, quantum esse, & quanti aestimari  
neminem post Deum, in terris noui. Liceat  
enim mibi loqui, quod sentio, sine cuiusquam  
iniuria. Et cur ita sentiam, habeo causas gra-  
uissimas, quas priuatim exposui alias, nunc ve-  
rò etiam publicè commemorari posse, si opus  
sit, testor. Vidi mundum, & didici iam sane  
ad annos multos acceptis verberibus, quid sit,  
& quid faciat mundus, & simul cognoui, quām  
sit necessarium Ecclesiæ & Reipublicæ, com-  
muni ac priuatæ saluti, nosse & habere Princ-  
epem doctrinæ sanæ, pietatis veræ, disciplinæ  
rectæ, & pacis aureæ custodem, tutorem, pa-  
tronum, intelligentem, & constantem. Ores  
mus Deum propter Deum, ut conseruet nobis  
Patrem tuum, matrem tuam Reginam pie-  
tissimam, regem ipsum, & tuas sorores Principes  
laudatissimas, & hoc præsertim tempore nobis  
omnibus, magistratui, & subditis, doctoribus  
& auditoribus aßit suo Spiritu sancto, & dia-  
bolorum conatus reprimat & confundat, &  
Imperij dignitatem, capite, membris, & pedibus  
defensis, saluam & in columem conseruet, ad  
gloriam